SAMMELHANDSCHRIFT

Ende 14. / Mitte 15. Jh.

Seite 33r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=30328
Copyright: Heiligenkreuz, Zisterzienserstift

Qui seminat consilia proximorum nunquam veniet ad culmen honorum
Cavete a falso consiliario quia statim cognoscitur in consilio
inter simplices inventa sunt
Qui autem agunt cum consiliis aucta regunt sapienciam
Divicie reddunt amicos multos et pauperes quos habent separantur
Sicut tinea rodit vestem ita tristicia hominem
¶ Animus gaudens etatem floridam facit spiritus autem tristis exsiccat ossa
Mulier si primatum habet est contraria viro suo
Stultus statim indicat iram suam [callidus i. deceptor]
Qui autem dissimulat iram suam tolendus est
Sapiens celat sapienciam / stultus pandit stulticiam
Laudat te alienus et non proprius / Lauda alienum et non tua
Sapiens filius letificat patrem / filius vero stultus mesticia [sue matris] //
Qui diligit filium assiduat ei flagellum
Melior est correctio manifesta quam amor absconditus
Qui abicit disciplinam abicit sapienciam
Noli arguere derisorem ne oderit te
Sed argue sapientem et diliget te
¶ O quam periti decepti sunt per vocem
Causam tuam tractare cum amico / et secretum tuum cum extraneis
ne proferas ne forte insultet tibi cum audierit et probare non cessat
Amico fideli nulla est comparacio et qui invenit illum salvabitur
Noli esse amicus iracundo ne ambules cum viro furioso
ne forte discas semitas eius
Inimicum fuge ut viperam / amicum dilige ut animam
Caveto inimicum sicut cautus et iustus [illudetur]
Inimico tuo non credas quia cum cito credit insipiens et a cunctis //
Inimicos tuos noli manifestare sensum anime